

### Conclusio.

Indagator veritatis principem migrationis Hebraicae in Palaestinam Cisiordanensem minime mythicum<sup>1</sup> Iosuam novit, quo duce circumcisionis ritus obscoenus secundum eruditissimi illius aetatis populi Aegyptiorum morem acceptus atque mutatus in mysterium, arridens septem stellarum errantium Diis Babylonii, foedere aeterno conexit totam diversissimae originis hominum colluviem in novum Israëlitarum populum legislatione Sinaitica creatum. Illius legislationis ac istius mysterii vi fretus hic populus Iosua duce terrae inter Iordanem fluvium et mare plurimas partes occupavit incolasque pristinos Chananaeos melioris indolis novas in Africa sedes quaerere impulit.

Sicut sententiam in huius opusculi initio disertissimus Romanorum dedit orator, ita etiam finem praebeat verbis nobilibus haec commonentibus:

,tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre'.

<sup>1</sup> Stade (Gesch. des Volkes Israel I 84 sq., 135, 161 sq.) talia producit.

### I n d e x.

	Pagina
§ 1. De exodo definitio . . . . .	1
§ 2. De duobus benedictionum carminibus digressio . . . . .	3
§ 3. De prima Hebraeorum legislatione . . . . .	11
§ 4. De circumcisione annotatio . . . . .	14
§ 5. De exodi tempore . . . . .	16
§ 6. De Phoeniciarum coloniarum primordiis quibusdam fictis . . . . .	30
§ 7. De coloniarum trium Phoeniciarum initiis certis . . . . .	35
§ 8. De inscriptionibus Chananaeis in Numidia . . . . .	36